PIUS PP. VII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM. Nuper pro parte Carissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici
expositum est, quod dudum rec. mem. Innocentius PP. XI. Praedecessor Noster supplicationibus cla. mem. Caroli II. dum vixit earun-
dem Hispaniarum Regis Catholici sibi humiliter porrectis inclinatus, Hospitali Innocentium nuncup. Civitatis Hispalen. quod sicut
idem Innocentius Praedecessor acceperat ipsi Carolo Regi gratum, et acceptum existebat, de alicujus subventionis auxilio providere
volens dicto Hospitali, et pro eo illius Administratoribus pro tempore existentibus unam Pensionem annuam Mille et Quingentor.
Ducatorum de Vellon monetae Hispanae, super fructibus redditibus ac proventibus Mensae Archiepalis Hispalen. quae de jurepa-
tronatu ipsius Caroli Regis, ex privilegio Aplico cui non inveniebatur ullatenus in aliquo derogatum esse dignoscebatur
primo ad Decem Annos tunc proximos tantum duraturam, sub certis modo, et forma tunc expressis, ac de consensu
tunc existentis Archiepi Hispalen. reservavit, constituit, et assignavit ac alias prout in ejusdem Innocentii Praedeces-
soris desuper sub Plumbo expeditis Litteris uberius continetur; quam quidem Pensionem post primum Decennium
elapsum, durante necessitate dicti Hospitalis, et accedentibus semper tum novis instantiis Regiis, tum consen-
sibus Archiepiscoporum pro tempore Hispalensium, prorogarunt subsequenter de Decennio in Decennium primo Loco
Innocentius XII. ac subinde alii post ipsum Romani Pontifices Praedecessores Nostri usque ad Clementem XIII.
a quo sicut, et a Pio VI. Romanis itidem Pontificibus Praedecessoribus Nostris de quatuordecim in quatuordecim An-
nos Pensio hujusmodi extensa, portmodum ac ampliata fuit prout in dictorum Praedecessorum Litteris in simili forma Brevis
respective expeditis fusius contineri dignoscitur. Nunc autem expiratis jam, seu proxime expiraturis Quatuordecim
Annis ad quos dicta Pensio ultimo Loco protracta fuit, ac vigentibus adhuc indigentiis dicti Hospitalis, quum idem Carolus
Rex ulteriorem hujus Pensionis prorogationem desideret, suumque ad id moderuns Hispalen. Ecclesiae Administrator
consensum praebuerit, Nobis idcirco Regio supplicatum est nomine, ut eidem Hospitali providere opportune ac ut
infra indulgere de Benignitate Aplica dignaremur. Nos igitur piis Caroli Regis hac in re votis, quantum cum Domino
possumus, praesto esse cupientes, dictumque Hospitale largioribus gratiis et favoribus prosequi volentes, ac Administra-
torum Hospitalis ejusdem singulares personas a quibusvis excommunis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis
sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occaone vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae exi-
stunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus
inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad quos supplicem
libellum Nobis porrectum remisimus, consilio, attento consensu per Administratorem praedictum jam praestito reservationem
constitutionem, et assignationem supradictae Pensionis annuae Mille et Quingentor. Ducatorum de Vellon mtae Hispanae
super fructibus redditibus ac proventibus Mensae Archiepalis Hispalen. favore dicti Hospitalis a memorato Innocentio XI.
primitus factas, postea vero ab Innocentio XII. aliisque supra recensitis Romanis Pontificibus Praedecessoribus Nris ad diversa
respective tempora prorogatas, ad alios Quatuordecim Annos a die, quo prorogatio postremo Loco concessa finem habuit
vel habitura erit computandos, servata caeteroquin eorumdem Praedecessor. Litterarum forma, et dispositione Auctoritate
Apostolica tenore praesentium prorogamus, extendimus, et ampliamus, salva tamen semper in praemissis Auctoritate Congre-
gationis eorumdem Cardinalium. Decernentes has praesentes Litteras firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios
et integros effectus sortiri, et obtinere, ac Hospitali praedicto illiusque pro tempore Administratoribus plenissime suffragari;
sicque in praemissis per quoscumque judices Ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Stae Romae
Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, vice-Legatos ac Sedis Aplicae Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter
judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quo-
quam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstan. omnibus, et singulis illis, quae in praedictis Litteris
Praedecessor. concessa sunt non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majo-
rem sub Annulo Piscatoris die XXIII. Decembris MDCCCVI. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

R. Card. Braschius de Honestis

Visto bueno por el Agente General Nacional
de S. M. C. en Roma. Enero 15. de 1807.

Antonio [illegible]

Reg. do f.o 771. n.o 69. a.o 1807

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

Nota

En vista de este Brebe de S.S. de prorrogacion por catorce años mas dela Pension de mil y quinientos duc.s de v.on annales, sobre los frutos y rentas dela Mitra de Sevilla, que goza el Hospital de S.n Cosme y San Damian, bulgo de Inocentes, de aquella Ciudad, y delo expuesto por el S.or Fiscal, le ha concedido la Camara por decreto de este dia el pase en la forma ordinaria, sin perjuicio delas regalias, con la calidad de que se tome razon en la Contaduria Gral. de Consolidacion de V.s R.s Madrid veinte y cinco de Abril de mil ochocientos siete.

Pedro Fern.do Sarria

Tomose razon en la Contaduria general de Consolidacion de Vales y este B.e se presentará en la Colecturia de annali-dades Eccas del Arzobispado de Sevilla para los efectos prevenidos en la Pragmatica de treinta de Agosto de mil ochocientos. y B.e de N. M. S. P.e Pio 7.o de diez de Febrero de mil ochocientos y uno. Madrid veinte y siete de Mayo de mil ochoc.tos siete.

Por el Ex.mo S.r Cont.r g.l

Juan Celumans [?]

Presentada en esta Colecturia de Vacantes y annalidades en onze de Junio de mil ochocien-tos siete =

D.r Prieto

Tomé razon en el Libro de Pen-siones de la Contad.a Arzobispal de esta Ciudad q.e está ami cargo. Sev.a 11 de Junio de 1807.

José Malo

Sello Dun [?]

DIPUTACIÓN PROVINCIAL SEVILLA ARCHIVO

PERGAMINOS, 770
Hospital de los Inocentes, leg. 5

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO